Salutem in domino et recte in IESU sapere. Quod lipsen[sis] studii viri doctissimi
onus nos audiendi recusarant; erat mihi perniciosum; nec plane scivi, quid
consilii caperem: at ill[ustrissimus] clementissimus princeps D. Georgius dux Saxoniae dux
etc. ad petitionem meam, egit cum studio suo: ut tandem assensum praebe-
rent: uti hoc die literas et ill[ustrissi]mi ducis et universitatis ac facultatis
susceperim [illegible] accepi: quare eis XXVII diem Junii praescripsi: qua disputationem
primum actu haberemus: die autem XXVI apud facultatem theologicam
conveniremus, uter nostrum in primo congressu sit opponens: Cum autem
Carlstadius sit ~~principalis~~ propugnator tuus: tu vero principalis existas,
qui haec dogmata contra germanum seminasti: quae mihi paucis et [illegible] audiris
falsa et erronea apparent: quare convenit et te illuc venire: et vel
tua tueri, vel mea improbare: Sed quod vellem, ut hunc animum deponeres
: et sedi apostolicae in omnibus obedientem praestares: andreae Leonem X.
vicarium Christi: Non quaereres singularitatem, sed condescenderes aliorum doctorum
sententiis: Certus quod Christus ecclesiam suam non MCCCC annis [illegible]
in tam diuturnis erroribus: Vides enim ex scheda disputatoria, me
non cum Bodenstein, quam cum tuas doctrinas, propositiones posuisse:
Vale ergo Mi Martine et oremus invicem, ut illuminemur. Ex Ingolst[adio]
XIX Feb. Anno virginei partus M . D XIX

Tibi deditiss[imus]

Eckius

Theologo et philosopho [illegible], Martino Luthero, viro polyphemo, Vuittenbergii ordinario domino et maiori

Luth[eri]

Wittenberg

4.

Eccij schreiben an D. Luther darin er sich be-
schwert vber die Theologen zu Leiptzigk, das
sie Ihme zur disputation nicht haben wollen
zulassen, welchs Ihme doch von H. Georgen
hertzogen zu Sachsen gnediglich nachgelassen,
Mit einer Vermanung an gedachten Luther
das er von seiner newen außgesprengten
Lehre abstehen, vnd dem Apostolischen stule
alß nicht widersetzen wolle. Dat. Ingolstat

15.